



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Pertinacia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

patre gratis filio prout dicitur. Hæc quæ dicta sunt, agitur... persuasio. Pertinacia. Perturbatio.

audias, fatuam loqui putes: si vitam expendas, nebulonem inuenies: si scripta, bubulcum. in Simil. Sicur quo directus nos fert Sol radius suis, hoc minor est umbra nostris: quo obliquius, hoc magis increuit umbra corporis: ita quanto plus quisque affectus est veræ sapientie, hoc minus magnifice de se sentit: quo longius abest ab ea, hoc se magis dilatat: ita ista persuasio sapientie. Erasmi.

Actio personarum

Peruasio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Peruasio, Græce πειθισμός, & περσώ, persuadere dicitur. Estque... persuadere dicitur. Estque... persuadere dicitur. Estque...

DIVISIO.

Peruasio in duas generis publicæ & privati. Et privata alia... persuadere dicitur. Estque...

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ

Peruasio proprie est in animo, necessitas in mente. Plat. En. 5. 1. 3. ... persuadere dicitur. Estque...

APOPHTHEGMATA.

Peruasio debet, superbiâ studiorum esse profectus obstaculum... persuadere dicitur. Estque...

SIMILIA.

Peruasio. Nihil gratius, quam si id quod ignorat quis scire se... persuadere dicitur. Estque...

Pertinacia.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Pertinacia, Græce ἀσφάλεια, & ἀσφάδης, pertinax dicitur. Hebr. חַזְקָנִים, hominem obfirmato vultu, impudentem, mali propositi tenacem, appellant. Est autem pertinax, qui tenet imprudenter propositum suum, quasi omnino tenax. sec. Isidor. lib. Etymol. & B. Thom. sec. Secunda, q. 138. art. 2. Pertinax venit à tenax, quod modo significat id quod retinet, vt glutinum tenax: modo parum, avarum. Apuleius, Homo dives, sed nimium tenax. Modo constantem, & perseverantem. Horat. Iustus est tenacem propositi virum. Ab hoc fit tenacior, tenacissimus, tenaciter, tenacissime, tenacitas, siue tenacia, quod duritiam, obstinationem animi, & perseverantiam significat. Peruicax idem quod pertinax, qui in suo proposito ad victoriam perseverat. sec. B. Thom. sec. Secunda, q. 138. art. 2. Pertinacia est nimia vicissitudinis contentio, quum opere, vel sermone magis quam par est pertinaciter concertamus, Francisc. parric. de reg. 1. 7. c. 14.

PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Sunt quidam quos pertinaces vocant, quales sunt ii qui desistunt ægè à sententiâ, nec dissuaderi facile possunt. Hi simile quiddam habent continentium vt prodigus liberali, & audax forticum ab eo abstinent plurimum. Arist. 1. 7. Ethic. c. 9. Pertinaces sunt sententiæ suæ defensores, & indocti, & agrestes: ac sententiæ suæ defensores, in eo vel voluptatem sequuntur, vel dolorem. Voluptatem enim ex victoria percipiunt, si non dimittantur de sententiâ: & ferunt iniquo animo, si qua quasi decreta tollantur, & infirmantur. ibid. Pertinacia qui errant, non sunt facile curabiles. B. Thom. 11. Metaph. 1. 6. text. 1.

Pertinaxque accidit, vt multi ea quæ sunt impossibilia propter spes apparentes, concupiscentia rationem singulorum superante, appetant: & vbi res ipsas opere aggressi sunt, nullo pacto à proposito declinare sustineant, eo quod mente sint obtenebrata & seducta, propter conatum impossibilitatem & molestiam eorum quæ occurrunt. Polyb. 1. 16.

APOPHTHEGMATA.

Annibal. Cum Marcellus aliquot diebus contineret cum Annibale conflixisset vario Marte, dixit Annibal, sibi rem esse cum hoste, qui nec victus, nec victor nosset quietere. Plur. Eusebius Philosoph. Plurimi, inquit, cum velint haberi quam consultissimi, si qua in re familiares & beneuoli ipsi homines eos dehortentur, nolunt à confirmato semel intra se proposito recedere: sed ne redarguantur à consilio suo tanquam prauo desistere, permanent in proposito, donec tandem inde profecta incommoda sentiant. Stob. serm. 23. Pertinacia licet in mediam partem plerumq; sumatur, huc tamen quædam referre licet, quæ sunt sub apophthegmata. de Constantia, & Perseuerantia.

Vide Obstinatio.

Perturbatio

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Perturbatio, Græce ταραχή, & ταραχία, perturbo dicitur. Hebr. נִבְהַכְרֶשׁ, à verbo Hbâcar, turbavit confundendo, perturbavit ordinem & dispositionem. Inde Græc. κίβητος, misceo, confundo. Est autem perturbatio, auersa ratione contra naturam animi commotio. secundum Ciceronem lib. 4. Tusculanorum quaestionum. Perturbatio est mutatio ordinis, & æqualitatis in ratione, & immoderata passione inferiorum potentiarum: quæ non fuit in Christo, nec in aliquo sapiente. secundum B. Thom. 3. sent. dist. 15. quaest. 2. art. 2.